

cum gente quam congregauerat/ deuincere Nogay cum nogay ad prelium uenisset cum quarto paucioribus gentibus quam ipse. set tamen ut audiistis/ quia gentes Nogay magis erant ualentes & experte in exercitijs armorum/ gentibus Toctay. ideo rex Toctay succubuit in prelio & ipsum conflictio redundauit Quare postmodum rex Toctay toto eius exfortio congregato contra regem Nogay uiriliter
132^v° insurrexit. quem debelatum interfecit. & iiii] eius filios qui multum ualentes erant & probi et sic facta fuit uindicta de morte Tholubuga.

/hic naratur de prouincia Russie/

Rossia est quedam maxima prouincia uersus tramontanam. cuius gentes xpistiane sunt & legem grecorum obseruant. In ipsa quam plures reges sunt. & loquelam per se habent. gentes simplices sunt set ualde pulcre sunt & flauae tam masculi quam femine. nam flauae sunt & albae. In ea sunt multi fortes introitus & passus. & n[un]lli dant tributum. nisi quod pars ipsorum redit aliquid regi de ponente qui tartarus est & nominatur toctay. & est ille de quo superius est tractatum. Iste non est patria mercationem.* & habent multas pelles magni ualoris. quia habe[n]t. çibellinos multos erminos uauaros erculinos & uulpes. habent ceram multam. habent insuper multas argenterias in quibus inuenitur argentum in maxima quantitate. Ista prouincia rossie est tam magna quod ipsa durat usque ad mare oceanum. in illo mari insule multe sunt in quibus nascuntur çirfalchi & falcones peregrini ita quod per plura loca feruntur & de Rosia in orecha non est magna uia set tamen non itur per ipsam propter intensum
133^r° frigus quod ibi est & nisi esset propter frigus cito iretur Nam debetis scire| quod in rosia tam intensum frigus regnat quod uix homines euadere possunt & tam intensum frigus sicut ibi non inuenitur in aliqua parte mundi & nisi foret propter multas stuppas que ibi sunt non possent gentes euadere quin nimio frigore deperirent set stupe sunt ualde spisse quas nobiles & potentes pie faciunt construi quemadmodum apud nos ospitalia construuntur ad quas stupas omnes gentes recurrere posunt continue cum oportet nam quandoque frigus tam regnat intensum quod dum homines uadunt per teram uersus domum uel de uno loco ad alium pro eorum agendis cum de una stupa recedunt priusquam ad aliam perueniant sunt quasi congelati quamquam ipse stupe sint tam spisse & una alteri uicina quia fere† quod una distet ab alia per passus sexaginta Et sic dum homo discedit calefactus ab una ultra procedens congelatur priusquam perueniat ad

hic naratur de prouincia rossie cuius gentes xpistiane sunt & legem grecorum obseruant

* Read: mercationum The word transcribed *non* is written *no* with a circumflex over instead of a straight line. This is properly *nota*, but that would be absurd; and the choice is really between *non* and *uero* (*uo* with a circumflex). Are we to suppose that the letters are right and the abbreviation mark wrong, or *vice versa*? Z¹ wrote *non* and then corrected to *uero*. But *non* is probably right. F: *elle ne est terre de mercandies* TA: *non sono marchatanti*

† Read perhaps: fertur